

De Natura Syllogismi in genere. 377
deinde effectum externum producit, ut tamen
idea illa non sit ipse effectus artis ab artifice
intentus: ita Logicus priusquam producat
syllogismum externum seu extra mentem, in
ipsò intellectu producit ideam potius, quam
verum syllogismum, qui sc. nūm suum habeat,
& in disserendo adhiberi possit. (β) idem
probari potest ex syllogismi speciebus, cujus-
modi sunt syllogismus dialecticus, sophisti-
cus & demonstrativus, quorum quilibet est
λογος externus. E. syllogismus in genere est
λογος externus. Dialecticus Syllogismus,
inquit Scherb. *disp. 5. §. 37.* per se, quantum quan-
tus est, ad alterum pertinet. Sophisticus syl-
logismus, cum ordinetur ad alterius decepti-
onem, non potest non esse λογος externus.
Apodicticus seu demonstrativus syllogismus
organon est, quo alter alteri scientiam com-
municat, quod fieri non potest, si demonstra-
tivus non est λογος externus. *imp. in pol. et*
5. Nota: Licet syllogismus tres orationes
includat, dicitur tamen oratio scil. *conjuncta*,
seu ut Mendoza loquitur, *complexa*. *metaph. et*
6. Dicitur 2. *in qua positis quibusdam*: per
hæc, quæ posita dicuntur in syllogismo, vul-
gò intelliguntur duæ istæ enunciatōnes, ex
quibus conclusio inferitur, & vulgò præmissæ
vocantur. Dicuntur autem in syllogismo
poni, non quod saltim apponantur & con-
clusioni præmittantur, h. m. enim præmissæ
A a 5 etiam